

scrimen a sua noscunt Dæmones. Vti CONSERVATIONEM creaturarum etiam ad vilissimas *bestias* se extendentem se nosse testatæ sunt illæ diabolorum legiones, †) non nisi permittente Christo *porcos* intrare potentes, quæ etiam suis precibus *) fatentur *regiones* terræ ita subesse Divinæ tutelæ, ut ad nutum DEI inde ipsis mox cedendum sit. Singularem *piorum* conservationem & benigniorem ad ipsorum opera concursum se in Jobi exemplo dudum agnovisse coram DEO indignabundus †) profitetur †) hostis *piorum* malevolentissimus: *Nonne tu posuisti sepem circa eum, & circa domum ejus, & circa omne quod ejus est, circumcirca? operi manuum ejus benedixisti, & possessio ipsius excrevit in terra.* Qui etiam in eodem Jobo affligendo, testante sancto stilo, ultra limites præscriptos procedere non potuit. *) nunc *cavere ne tangat ipsum* neque carnaliter neque spiritualiter, neque manifeste neque latenter: nunc, quantumcunque carnem & ossa ejus discruciet, *animæ* tamen *parcere*, ne appropinquaret ei, neque communicaret, neque commisceretur, neque seduceret, neque obtunderet, neque infatuaret, neque fatigaret, neque deciperet, neque corpore ejiceret. Uti verba DEI isthæc explicat Auctor Commentarii in Jobum inter *Origenis* opera (h) comparentis. Ex quibus facile etiam patet, Divinam CIRCA MALA culpæ atque pœnæ providentiam Dæmonibus quoque existere quam maxime cognitam, ut lapsorum hominum æque ac ipsorummet inter creaturas DEI tolerantia quotidie docentur; Ipsos etiam iræ Divinæ ministros prodente Scriptura quod enim ea alibi †) dixit: *Ira DEI concitata est adv. Israël*, id alibi *) effert: *Et stetit Satan contra Israël.* Nimirum uti Micha postea †) viderat *Dominum in ira consultantem.* *Quis persuadebit Achabo, ut cadat Ramothi? Coram quo progressus spiritus mendax dixit: ego persuadebo.*

†) Matth.

VII, 31.

Marc. V. 11

Luc. VIII,

32.

*) Marc.

v. 16.

†) Job. I, 10

†)

†)

†)

†)

*) Job. I, 12.

II. 6.

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

†)

(a) Conf. Petavius *Dogm. de Angelis* I, 9. p. 33. (b) Editus a God. Arnoldo cum Consil. & Responsis Theol. sub tit. *Der Weißheit Garten. Gewächß* p. 865. (c) in *Libros Regum* p. 35. Edit. Huetii. (d) in *Numeros Homil.* XXIII. Ed Grynæi pag. 233. sq. Conf. id *Contra Celsum* L. IV. p. 717. (e) *de Trinit.*